



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

IIII. De vsu adflictionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

tientiam, & alias uirtutes. Huius tertiae cause exemplum illustre sunt in hoc Capite multiplices miseriae in Oeconomia Abrahæ, uxoris sterilitas, & emulatio & odium erga concubinam ancillam, quod comitantur assidue lites & rixæ domesticæ, concubinæ fuga cum hærede &c. Quas miserias omnes uir Heroicus singulari patientia perfert, ut concordiam cum sua coniuge tueatur & conseruet.

III.

DE VS V ADFLI-
ctionum.

Vniuersaliter pijs in afflictionibus haec regula tenenda est, Deum punire aut exercere non ut perdat, sed ut retrahat ad pœnitentiam, & exuscitet, ut crescant in nobis timor Dei, inuocatio, & ceteræ uirtutes, ut dicitur, Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Item Corinth. 3. 1. Cum punimur, à Domino corripimur. Esai. 28. Vexatio dat intellectum, παθίματα, μαθήματα. Sic Agar impatiens morositatis, odij & iniuriarum Sarre fugit, ac uersans in ærumnis exuscitatur ad pœnitentiam, inuocationem, & gratiarum actionem, & confirmata uoce Angeli agnoscit se à Deo uideri, hoc est, curari, & rediens ad Abraham obtemperat Saræ etiam duriori, et se ei propter Deū subicit
Y S Agar)

Agar) הָגָר peregrina, à גַּר.

Sur) שׁוֹר inspector, à שׁוֹר intuitus est.

Hismael) רְשָׁבֵעַל exaudit Dominus.

Cades) קָדֵש sanctus.

Barad) בְּרָד grando.

C A P V T XVI I.

L O C I P R A E C I P V L.

I. *De Fædere, quod facit Deus cum Abraham & Uniuersa Ecclesia.*

II. *De Signo fæderis, hoc est, Cum circumcisionis.*

I.

DE FOEDERE, QVOD
facit Deus cum Abraham
et Uniuersa Ecclesia.

Deus colligit & constituit Ecclesiam omnibus
temporibus, uoce promissionis, in qua remissionem
peccatorum, iusticiam & uitam æternam crede-